

tunc talis emptio sit // cassa et vana et nullius valoris, et 227 A
talia bona iterato vendi debeant et deliverari ad dictam extimariam plus oferenti secundum formam statutorum Tergesti, et talis persona que primo ipsa bona emisset subsequenter ea
5 amplius emere non possit nec per se emi facere, et si emeret vel emi faceret, talis emptio sit cassa et vana et nullius valoris. ¶ Insuper personam habentem ius cessum ab alia persona de aliquibus bonis emptis ad dictam extimariam vollu-
10 predictorum et cum creditore pro quo ipsa bona vendita fuerint; et si aliqua terra vacua empta fuerit per aliquam personam ad extimariam comunis, et emens edificaverit domum vel vineam [in] ipsa terra vel aliud fatumen fecerit, et aliqua persona conparuerit habens ius ancianum pro debito vendi-
15 toris, quod habens ius ancianum habeat tantum regressum ad precium pro quo ipsa terra primo vendita fuerit et non ultra, si venditor plura bona non habuerit, et nichillominus emptor habeat regressum contra venditorem de tanto quanto ipsa terra constiterit. ¶ Si vero aliqua bona mobillia vendita
20 fuerint ad dictam extimariam, vel aliquis acceperit ipsa bona mobillia de manibus sui debitoris, vel alicui per dominium concessa sit licentia ipsorum bonorum pro aliquo debito sui debitoris, nulla alia persona habens ius ancianum valeat aliquod ius consequi quod haberet contra ipsa bona mobillia,
25 excepto quam pro pensione domus, nisi illa persona habens ius ancianum conparuerit // ante deliverationem ipsorum ¹⁾ 227 B
bonorum mobillium vel infra tempus deliverationis predictae et fuerit protestata de iure suo, quod consequi possit, si quod habet contra(ta) bona predicta. Et quilibet qui ²⁾ locaverit
30 alicui persone aliquam terram ad pastinandum ad medietatem, quod cultor ipsius habere debet partem suam, non prejudicando sibi aliquod debitum ancianum seu obligationem apparentem contra locatorem tempore ipsius locationis.

¹⁾ *ipsarum.* ²⁾ Aggiunta sul rigo.